

HIERONYMI  
OSORII LVSITANI;  
SILVENSIS EPISCOPI;  
DE IVSTITIA CAELESTI,  
LIBRI DECEM.

AD  
REGINALDVM CARDINALEM Por-  
lum, Archiepiscopum Cantuariensem.

*Adiecto rerum & verborum Indice  
copiosissimo.*



COLONIAE AGRIPPINAE,  
*Apud heredes Arnoldi Birckmanni.*

Anno M. D. LXXIII.

Cum gratia & Privilegio Cæs. Maiest.

*C. M. Soc. Resv. Salm. ex dono Regum*




# HIERONY-

MVS OSORIVS LUSI-  
TANVS, EPISCOPVS SIL-  
VENSIS, IOANNI METELLO

SEQVANO, IVRISCON-  
SVLTO, S. P. D.

COLONIAM VBIORVM.



I vnquam, amorem  
meum erga te, perspe-  
ctum habuisti: potes  
intelligere; quàm gratę  
mihi fuerint, literę tuę:  
quas accepi, postquam  
in has Lusitanie partes  
immigraui. Quib. si nõ  
statim respondi: non id, obliuione amicitie  
nostrę factum est. Nõ enim fieri potest: vt,  
tam iucundę cõsuetudinis memoriam, de-  
ponam. Neque negligentia nostra. Scis e-  
nim, me nõ esse valde pigrum, in scribendo.

\* 2

Neque

HIERONY-  
MI OSORII LVSIT-  
ANI EPISCOPI SIL-  
VENSIS,  
DE IVSTITIA  
LIBER PRIMVS.



QVAM grauis & acerba sit humanæ  
vitæ conditio, quàm multis incô-  
modis agitata; nemo poterit, vel  
explicando cõsequi, vel enume-  
rando percensere. Vt enim à na-  
tali cuiusq; die capiamus exordiũ, omnesque  
vitæ partes oratione perstringentes tandem ad  
exitum illius veniamus: horam nullam videbi-  
mus, aut dolore vacuam, aut labore solutam,  
aut metu liberam; sed omnem ætatem infinitis  
difficultatibus affectam, & summis curis & an-  
goribus implicatam. Vitæ nanque principiũ à  
fletu ducimus, deuinctisque membris omnibus  
in terram abiecti, labores immensos à plorati-  
bus auspiciamur. Cùm autem reliqua animantia  
præsidijs naturæ tecta, atque vestita in lucem  
prodiunt, solum hominem nudum, & ab om-  
nibus rebus inopem cernimus, atque miserabi-  
liter impeditum, in vitæ primordio vagientem,

A

status-